

nes flecti & superari posse testantur. Lucem vero plurimam loco nostro affundit Rom. VI. 12. *Ne regnato igitur peccatum in mortali vestro corpore, ut auscultetis ei in cupiditatibus corporis.* Ubi 1) βασιλευέτω illud opponitur nostro ὑποτάσσεται. 2) θνητὸν, mortificatum corpus, notat statum regenerationis, in quo temperamenti pruritus peccaminosi jejunio, vigiliis, sobrietate & temperantia franguntur, sicut v. 6. Rom. VI. ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας: *ut otiosum reddatur corpus peccati:* i. impetus ejus enerventur sicut in corpore a-cifixo omnia languent. & Gal. V, 24. Οἱ τὸ χριστὸν τὴν σάρκα ἐξάουρασαν σὺν ταῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. 3) ἐπιθυμίαι hic & Gal. V, 24. expresse tribuuntur corpori. Sicut supra τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς. Quæ omnia qui pro semel recepta hypothefi fidiculis metaphorico-tropicis torquere & luxa reddere susceperit, næ in Veritatem injurius & textui vim facere videtur. Ceterum conferratur cum dictis hic coacervatis §. 33. b. in quo glossa Quenstedii apertis verbis *membris tribuit motus inordinatos & inclinationes.* In lectione Theologorum sæpissime animadverto, quando ad tam evidentissima perveniunt loca, in quibus corpori, sanguini, membris, carni &c. tribuuntur effectus P. O. mire illos vacillare, hærere, & involucris verborum se regere, quod non solum hoc ex loco Quenstedii, sed ex. gr. ex isto Meisneri patet, qui
in